præstitam satisfactionem, prolongaverunt distulerunt prout
prorogant et differunt præsens nec eiusdem Summæ Solutionem
ad tempus suprascriptum prolongatum capiant et eam urge
bunt hac sua recognitione ad Acta mediante Salua nihilomi
nus provisione annuali pro sequentibus annis in casu non
solutionis Summæ Triginta Unius Millium Floren: pol: exple
no in Xbori reservata.

Brzynski Kazanowiczowi tenetur

Comparens personaliter Coram Officio et Actis præsentibus Castren
Capitaneal: Premisliensi Generosus Joannes Brzynski sanus
mente et corpore existens Aeternis Ditibus Juribus Juris
+ dictionibusque Suis quibuscunque proprijs et Competentibus renuntiando præ
senti vero Castren Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni se cum
Successoribus ac bonis suis omnibus quoad vim actus præsentis
attinet totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo
palam libere publice ac per expressum recognovit Quia
ipse Generoso Eustachio Kazanowicz eiusque posteris Summam
Ducentorum Octuaginta floren: polon: pecuniæ polonicæ certi
veri iusti et liquidi debiti mutuatitiique pecuniæ tenet atque
debet Quam quidem Summam suprascriptam Ducentorum
Octuaginta flor: polon: idem Recognoscens memorato Credito
ri suo et eius posteris se ac suos successores in et super bona
Suis generaliter omnibus ac Summis pecuniarijs quibuscunque habet
et habebit hinc et ab actu præsenti pro die et Festo Con
versionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate ven
turo dare soluere numerare et coram Officio actisque
præsentibus Castren Capitaneali Premisliensi reale et in effectu
reponere repositamque et relictam rursus ab eodem Officio
non efficere levari nec arrestare vel quovis alio modo solu
tionem eiusdem Summæ impugnare Idque sub Vadio
similis Summæ aliorum Ducentorum Octuaginta flor:
pecuniæ polon: per eundem Recognoscentem aut eius posteros
praescripto Creditori suo aut eius posteris ob non solutionem
Summæ suprascriptæ pro tempore et loco superius expresso
ad soluendum succumbendi ac pro summa ipsa præsenti nondum
soluta soluenda Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus
Joannes Brzynski siue eius posteri Ad instantiam præfati Generosi Eusta
chij Kazanowicz Creditoris sui vel eius posterorum Ad Officium
præsens Castren Capitaneale Premisliense ex tunc recessu suprascripto quoad
reuendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam
peremptorio stare iuri parere respondere vadium præfatum luere In
scriptioni præsenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et
tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat Eundem
primum peremptorium terminum et alios omnes exinde consequentes Caus

causae eiusdem terminos semper peremptos vera infirmitate pro maiori minorennitate successum legem intra vel extra Regnum servitio militari ad exercitum ad Munia vel aliis quibusvis dilationibus et legal impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos Terminos Officii praefati Castren Capitan Premislien dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo tum Commissiones omnia poenis simplicibus vel trientis evasionibus suspensionibus fatalibus Juris Exemptione terrae bello Conventioneque ac aliisque quibusvis Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec quovis modo evadendo Praesenti sua Inscriptione ad praemissa mediante

Ilniccy coniuges et Jaworska Intercisam Roborant

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premislien Nobiles Andreas Ilnicki Rybczyc et Marianna Gierałtowna coniuges legitimi ab una atque Mariana Roztucka olim Nobilis Basilii Jaworski Petraszowicz consortis derelicta Vidua parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes Attentis Juribus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus renuntiando Praesenti vero Castren Capitan Premislien Jurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis omnibus quoad hunc actum praesentes attinet totaliter et plenarie incorporantes atque subiicientes palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim et specialiter suo pro interesse recognovit Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri ac posteriori utriusque partis se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarum quibusvis Inscribunt et obligant praesentis Intercisa Certam inter se Recognoscentes ratione Certarum rerum et contractuum in eadem Intercisa contentarum de actu et data eiusdem hic Premisliae die hodierna in actu contenta confectae conscriptae manibus propriis parte Illustrium Ilnickich praefati Nobilis Andreae Ilnicki Rybczyc recognoscentis suo et consortis sub nomine propriis parte vero Nobilis Mariannae Jaworska Nobilis Joannis Jaworski Pyrkowicz viri amici rogati subscriptam Vadiosque ✡ in omnibus et singulis eiusdem Intercisae conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentisque ac nexibus generaliter universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius contentis tam in toto quam in parte satisfacere Intercisam quelibet ad Inscriptionem praesentem roborant et Inscriptionem praesentem roborant
✡ Trium Millium florenorum polonicalium formatam ✡